



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

De Præmiis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

HABEAT in eo fiunt, quia hic ipse M<sup>es</sup>ias socius supplicio  
bo mentem eius docet, & in ea ipsa consolatione  $\Delta\gamma\beta$  in illis  
caecis est, & per eum æternus Pater effundit Spiritum sanctum in  
huius auditoris, ut accendat læticiam in eo, dilectionem, innoxia-  
nem, spem vitæ æternæ, & alias virtutes.

## DE PRÆMIIS.

**P**AULVS inquit Roma. 6. Donum Dei est vita æterna pro-  
fum Iesu Christi Dominum nostrum: & reconciliati seu iusti-  
simi sunt coheredes filii Dei propter ipsum, non propter pro-  
merita. **F**IDEI accipiens remissionem peccatorum  
iustificationem, & spes vitæ æternæ, nituntur filio Dei Mediato-  
rem expresse dictum est Iohann. 6. Hæc est voluntas Patris, ut omnia  
dens in filium, habeat vitam æternam. Et Roma. 5. Iustifican-  
t pacem habemus apud Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum,  
per quem & accessum habemus fidem in gratiam hanc, in  
stamus, & gloriamur spe vitæ æternæ. **C**ONIVNGIT-  
D E M & S P E M, & affirmat utramque niti Mediatore, & manifistat  
est, spem non debere nisi nostris operibus, quia dictum est Psalmus.  
Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: sed vt proprium  
filium Dei agentes penitentiam reputantur iusti fide, & proprie-  
tatem, & per eum viuiscantur: ita propter eum, & non propter solam  
merita, donatur vita æterna: sicut latro in cruce audierat pro-  
missionem, Hodie eris mecum in paradyso. Luca 23.

**N**ECESSARIUM somniandum est, filium Dei tantum preparationem  
vitam æternam nobis meruisse, aut dare, & nos postea nostris operi-  
bus mereri vitam æternam: sed sic in conspectu dictum dolosissimum  
Hosea 11. O mors ero mors tua, & pestis tua ô inferne. Propter  
unum Dei, & per eum liberarum à morte æterna, & transferimus in v-  
tam æternam, sicut ipse inquit, Ego vitam æternam do eis. Et  
Iohann. 5. Qui habet filium, habet vitam. Ac sit spes certa & firma  
sicut Petrus inquit 1. Petr. 1. Perfecte sperate, id est, non dubius op-  
pinione, sed firma spe expectate vitam æternam, videlicet propter Me-  
diatorem. Et recte Augustinus inquit in libro Meditacionum, Te-  
tius fiducia certitudo est in sanguine Christi. Vtrumq[ue] certissima  
sit, agentem penitentiam propter filium Dei gratis fide accipere  
remissionem peccatorum, & iustificationem, & hunc esse hereditatem  
vitæ æternæ, sicut Paulus inquit Roma. 8. Quicunq[ue] spiritus Dei  
aguntur, hi sunt filii Dei: Si autem filii heredes Dei, &c. Et tam  
similiter verum est, eos qui effundunt Spiritum sanctum, deficiunt  
fide, aut ruentes contra conscientiam, nec redeunt ad Deum perpe-

atiam, non esse heredes, sicut dicitur ad Galat. 5. Qui talia  
gant, regnum Dei non possidebunt. Et 1. Timoth. 1. Milita bonam  
vitam, habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam re-  
pelleret, circa fidem naufragium fecerunt. Et Matth. 25. Esurui, &  
non deditis mihi manducare. Et ibunt hi in supplicium eternum,  
iusti autem in vitam æternam. C A E T E R V M, et si vita æterna  
est propter filium Dei renatis, tamen simul etiam est merces bo-  
norum operum, sicut dicitur Matth. 5. Merces vestra copiosa est in  
celis. Ut patrimonium est merces laborum filij, etiam si propter ali-  
am causam filio attribuitur.

P R A B T E R E A addidit Deus  
bonis operibus suas quasdam promissiones, quare & pro bonis ope-  
ribus sanctorum, tribuit Deus etiam in hac vita multa spiritualia &  
corporalia bona, alias aliter, ut ipsi sua inenarrabili sapientia placet.  
1. Timoth. 4. Pieras habet promissiones præsentis & futuræ vitæ.  
Matth. 10. Recipient centuplum in hac vita, sed cum tribulatione, &  
post hoc vitam, vitam æternam. Matth. 10. Qui dederit potum vni  
ex minimis propter doctrinam, non perdet mercedem. Luc. 6. Date,  
& debitur vobis. Exod. 20. Honora patrem & matrem, vt sis longæ-  
vus supra terram. Efai. 33. Panis ei dabitur, aqua eius erunt certæ:  
Regem in decoro videbunt, id est, pro obedientia & bonis operibus,  
Deus dat tranquillas politias, honestam & placidam gubernatio-  
nem, &c. Efai. 58. Frange elutienti panem tuum, & eris sicut hortus  
irrigatus, &c. E t nunc est exemplum viduæ Sareptanae, 3.  
Reg. 17. Et Psaltes dicit, Psalm. 112. Opes & diuinitæ in domo eius.  
Quia enim in hac mortali & ærumnosa vita Deus Ecclesiam colligit,  
& ut eam esse honestam congregationem: præberet ei aliqua hospi-  
tia mediocria, præberet viudos pijs familijs, puerperis, educationi pue-  
rum, propagacioni doctrinæ, deniq; vult conseruare generis huma-  
ni societatem, economias & politias: & quidem ideo, vt colligi  
Ecclesia possit.

Q U A R E propter sanctorum preces, & pro-  
peteorum diligentiam, & propter communem necessitatem, tribuit  
aliquando gubernationem minus turbulentam, pacem, fœcundita-  
tem agrorum, & alia bona: vt propter Ioseph, Naaman, Danilem,  
regas illa feliciora erant. Et Ieremias cap. 19. præcipit, vt exules in  
Babylone petant hospitio pacem, & salutarem gubernationem. Sicut  
etiam Christus propter Ecclesiæ delicta cumulantur penæ: vt in pena  
tribu Bentamin, Davidis, & alijs conficitur. Vult autem Deus in-  
telligi haec beneficia corpori necessaria, & sciri vult ea diuinitus tri-  
bus. Vale in eis perendis exerceri fidem, vt suo loco copiosus dici-  
mus. Nunc ideo haec pauca addidimus, vt in hac confessione etiam  
et testimonium in nostris Ecclesijs, doctrinam de bonis operibus  
vitam & necessariam fideliter proponi.